



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1606. usque ad annum 1610

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118820**

§. 134. Ejusdem Facultatis Parisinæ declaratio contra Episcopos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67222](#)

auditis ac perpensis Facultas aliunde Sæc. XVII.  
 hisce doctrinis præventa respondit, de- A. C. 1610.  
 claravitque, honorem Syndici ad uni-  
 versam Facultatem pertinere, ea vero,  
 quæ hic Jesuita de propositione a Syn-  
 dico deleta sparsisset, falsa & tam huic,  
 quam Facultati, quæ nunquam præ-  
 fatam assertionem expungi permisisset,  
 injuriosa esse.

## §. CXXXIV.

*Eiusdem Facultatis Parisinæ declara-  
tio contra Episcopos.*

In iisdem Sorbonæ comitiis Gerardus Argentre  
 Jacob Sacræ Facultatis Parisinæ Do- fol. 18.  
 ctor exposuit, nonnullos esse Episcopos,  
 qui Doctores Facultatis Theologicæ Pa-  
 risiensis admittere nolint ad concionan-  
 dum, nisi antea subirent examen, ea-  
 propter rogabat Facultatem, ut suis  
 alumnis hac in parte laborantibus ali-  
 quid consilii ac opis ferre non gravare-  
 tur: maxime vero quando id in grave  
 dedecus totius Facultatis Parisiensis,  
 quam nonnulli hodie opprimere nitun-  
 tur, vergere videretur. Hac re audita  
 Facultas censuit literas esse concipiendias,  
 & omnibus alumnis suis conce-  
 dendas hujus tenoris: *Doctores Parisien-  
 ses in vim sui gradus propter eruditissi-  
 mas disputationes, & accuratissima exa-*  
 mina,

Oo 4

Sæc. XVII. mina, quibus sexennium integrum in cur.  
A. C. 1610. riculo Theologæ obeundo probantur, ha-  
bent a Sancta Sede Apostolica potestatem  
legendi, docendi, concionandi & interpu-  
tandi Sacras Scripturas ubique terrarum  
& gentium, ac proinde illi omnes, qui  
Doctores Parisienses tot exantatis labo-  
ribus arcere volunt a munere concionandi,  
nisi prævio examine, injuriosi videntur  
Sanctæ Sedi Apostolicæ, a qua prodiit  
Facultas maximam privilegiorum suorum  
partem derivavit.

Demum eadem die Magister Gual-  
dus retulit, quod quemdam librum Gal-  
licum sub hoc titulo: *vitæ Regula, mundi*  
*contemptus unacum pluribus aliis tractati-*  
*bus, pervolverit, in eoque nonnulla*  
*valde suspecta repererit, quæ etiam co-*  
*ram Doctoribus in hoc consessu publice*  
*recitabat: quibus auditis ac mature per-*  
*penitis unaomnes censebant, hunc li-*  
*brum esse proscribendum, eoquod non*  
*pauca contineret, quæ Hæreticorum*  
*loquendi & sentiendi rationem redole-*  
*rent: Provide autem eadem Facultas*  
*statuit, ne deinceps libri a pauciori-*  
*bus, quam duobus Theologis recogno-*  
*scentur, quia plurimum judicium ma-*  
*gis sanum & exactum, quam unius esse*  
*constat.*

§. CXXXV.